



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

**Parisiis, 1644**

XXIII. De vsurariis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15974**

658 HONORIVS CONCILIVM RUDOLPHVS I.  
P.IV. IMP.

nis terminos constitutos , cuiuscumque sint præ-  
eminentiæ status , eisdem iuribus esse contentos ;  
quæ ipsis , seu eorum antecessoribus fuerint con-  
cessa semper , quos aduocationi huiusmodi præ-  
fecerint : & ecclesias , quarum aduocati existunt ,  
defensare studeant , & manutenere pro posse ;  
& solum ille , in quem omnes concordant , aut  
maior pars eorum , habeatur eorum de cetero ad-  
uocatus. Alioqui si negligentes in defendendo  
& manutenendo personas & iura ipsarum ecclæ-  
siarum fuerint remissi , vel huiusmodi aduocationis  
officio eos priuatos esse volumus ipso factō : & si  
quid vltra debitum ab ipsis ecclesiis auferre , &  
contra huius nostræ constitutionis tenorem ve-  
nire præsumperint , nisi infra mensem ecclesiis  
ipsis restituerint quod auferunt , vel emendauerint  
quod delinquunt , excommunicatos esse decerni-  
mus : & ad requisitionem personarum ecclæsia in-  
juriam passæ excommunicatos mandamus denun-  
tiari omni mense.

XXXIII.

Vsurarios actus diuina & humana lege satis no-  
uimus exprobratos , & contra exercentes vsuras no-  
uissima constitutio Lugdunensis Concilii pœnas  
statuit exquisitas , quibus addendum aliquid non  
videmus. Sed quia nouo quæsito fenerandi co-  
lore nonnulli sub titulo venditionis exercent v-  
suras , emendo pignus pro quantitate , quæ mu-  
tuo petitur , & vendendo eodem redemptionis  
tempore pro quantitate adaucta numero vsura-  
rum , huic fraudi sic præuidimus obuiandum ;

HONORIVS HERBIPOLENSE. RYDOLPHVS I. 659  
P. IV. IMP.

ANNO CHRISTI 1287. quod constitutio sanctæ recordationis Gregorii papæ decimi contra usurarios edita in Concilio Lugdunensi in singulis cathedralibus & collegiatis ecclesiis, vna cum præsentibus constitutionibus nostris publicentur, statim lecto euangelio semel in anno in quadragesima publice coram populo, & tunc feneratores huiusmodi, & alios qui contra tenorem huiusmodi Concilii Lugdunensis exercent usurpas, & retinentes eos in domibus propriis excommunicati nominatim publice nuntiantur. Quod si ecclesiarum prælati in huius publicatione, quam per seipso & alios facere debent, negligentes fuerint vel remissi; & in dicto tempore publicatio ipsa non fiat; eos æterni mittimus iudicis ultioni. Et si usurarius diem claudit extreum, qui occulte usurpas exercuit, & trium aut duorum testium fide dignorum testimonio constiterit exercuisse usurpas; nisi pro eo satisfactum fuerit de receptis usurpis, nullus ipsum recipiat ad ecclesiasticam sepulturam. Alioqui si contra factum fuerit, præter poenam latam in Lugdunensi Concilio contra tales, volumus ut locus seu ecclesia, in cuius coemeterio de voluntate prælati seu capituli sepulta fuerint corpora talium, ipso facto ecclesiastico subiaceant interdicto, quamdiu eadem corpora per eos non fuerint exhumata.

Eos qui Dei timore postposito clericos seu ecclesiasticas personas occidunt, vulnerant, mutilant, proscribunt, capiunt, & captas retinere præsu-

Concil. Tom. 28.

Oooo ij